



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

34. An regulares in Missis festorum, quæ Episcopus præcipit servare in sua Diœcesi debeant permutare Ritu[m] suarum religionu[m]? Et advertitur quoad Co[n]ciones, & Lectiones, quas tidem regulares ad ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Sup. hoc magis late in Ref. præterita, § 8. d. affirmatiua, paulo post initium, à vers. Sed cct. Et pro officio festorum in Ref. seq.

est contrauenientem, pude proceder contra ellos con censuras. Ita ille. Cui etiam adde Merollam tom. 3. disput. 7. cap. 5. dub. 9. num. 152. & Gauntium in Man. Episcop. ver. Regularium cura sub Episcopis num. 26. vbi obseruat, quod non tenentur ad officia festorum ex Declaratione Sacrae Congregationis, teneri tamen ad officium de Patrono, non autem ad octauam.

## RESOL. XXXIV.

An Regulares in Missis Festorum, qua Episcopus præcipit seruari in sua Diocesi debeant permutare Ritum suarum Religionum?

Et aduertitur quoad Conciones, & Lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint debere se conformare Euangelis, Epistolis, quibus Clerus secularis utitur in illis diebus festiuis. Ex p. 3. tr. 2. Ref. 108.

Sup. hoc cursum in quatuor vlt. in præcedentis Ref.

§. 1. AD hanc quaestionem responsum fuit à sacra Cardinalium Congregatione, cuius verba apud Laurentium de Peyrinis in prinil. Minim. tom. 1. constitut. 27. Leonis X. num. 2. hæc sunt. Congregatio Concilij censuit decretum cap. 1. ver. Dies etiam fest. sess. 23. de Regul. ita esse intelligendum, vt Regularium ritus illis festis semper permaneat, quo ad Missas celebrandas, & cætera diuina Officia tam publicè, quam priuatim ab ipsis Regularibus in eorum Ecclesiis persoluenda, nec circa hæc ab Episcopis quoquo modo quidquam in contrarium eisdem Regularibus præcipi posse, quod si de facto præceperint, Regulares nequitiam ipsis Episcopis obedire teneri. Verum quoad conciones, & lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debere se conformare Euangelis, & Epistolis, quibus Clerus secularis utitur illis diebus festiuis. Ita sacra Congregatio.

## RESOL. XXXV.

An Regulares possint facere processiones extra Conuentum sine licentia Episcopi?

Et an processio Rosarij possit fieri per totam Ciuitatem, si ita habeat consuetudo à decem retro annis seruata, & in quatuor festiuitatibus B. Mariæ, nimirum Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 77.

§. 1. AD istam quaestionem sic respondet Villalobos in summ. tom. 2. tract. 3. diff. 5. n. 9. [ En lo que toca à Processiones dize Rodriguez in addit. ad summ. tom. 4. cap. 105. num. 5. que los Religiosos no las pueden hazer de derecho comun fuera de sus conuentos, porque no tienen territorio. Mas el Padre Portel in dub. Regul. ver. Processiones, num. 8. dize que siempre ha visto praticar, que los Religiosos sin licentia del Obispo hagan processiones fuera de sus conuentos. ] Ita ille. Vnde Tamburinus de iure Abbat. tom. 1. disput. 15. quest. 7. num. 39. Hieron. Rodriguez in compend. 99. Regular. resolut. 118. n. 10. existimat in hoc standum esse consuetudini locorum, & Iacobus de Grassis consil. 20. Regul. opinatur Regularibus licere per triginta passus extra ambitum Conuentus processiones facere.

2. Non reticam tamen Barbosam de potest. Episcop. part. 2. allegat. 78. num. 7. & alios penes ipsum, docere, non posse Regulares dictas processiones facere extra Conuentum sine licentia Episcopi; & ita

determinasse Sacram Cardinalium Congregationem sub die 2. Iulij 1620. quod etiam testatur Peyrinus in prinileg. Minim. tom. 2. constit. 7. P. 9. V. §. 10. n. 11. ad 8. & hic Panormi obseruatur.

3. Nota tamen quod ex eadem declaratione Cardinalium obseruat Peyrinus vbi supra, processionem Rosarij posse fieri per totam ciuitatem, si ita habeat consuetudo à decem retro annis seruata, & in quatuor festiuitatibus B. Mariæ, nimirum Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis.

## RESOL. XXXVI.

An Episcopus possit excommunicare Regulares menses ad processiones accedere? Ex part. 3. tract. 2. Resol. 76.

§. 1. AFFirmatiuè respondent Riccius, Gentilis, & alij, quos citat, & sequitur Barbosa de potest. Episcop. part. 3. alleg. 78. num. 25. & ita declarasse Cardinalium Congregationem testatur.

2. Non desunt tamen Doctores contrarium sentientes, & præter Sanchez, Henriquez & Rodriguez, quos citat Barbosa, docent etiam hanc sententiam Tamburinus de iure Abbat. tom. 1. disput. 15. quest. 7. n. 7. Scorcia in Bull. Pontificis, theorem. 393. Peyrinus in prinil. Minim. tom. 1. constit. 11. Sicut. III. num. 60. Portel in addit. ad dub. regul. ver. Episcop. num. 5. & Villalobos in summ. tom. 2. tract. 3. diff. 5. num. 17. vbi sic asserit. [ Duda es, si en los casos, que los religiosos estan sujetos, à los Obispos, como en obligarles à yr à las processiones, los puede compeler por decomuniones, y censuras: À lo qual respondo, que supuesto, que los mendicantes tienen priuilegio special, para que ne los puedan descomulgar, ni poner otras censuras, no se podran poner los Obispos, si no es quando especialmente se les concede, como se haze en el concilio en algunos casos particulares, y ansi no los podran compeler con censuras en el caso de las processiones, y otros, donde no tienen special commision para esso. ] Ita ille, qui multos alios Doctores citat.

3. Ad declarationem Cardinalium dicendum est, quod de illa non constat authenticè. Imò nouissime Hieronymus Rodriguez in compend. 99. Regul. res. 118. num. 1. ex Quaranta & Portel in addit. ad dub. Regul. ver. Processiones, num. 1. ex Barbofa notant Sacram Cardinalium Congregationem pluries determinasse, non posse Regulares compelli ab Episcopo per censuras ad processiones, & idè à nostra sententia non est recedendum.

## RESOL. XXXVII.

An Regulares non accedentes ad processiones possint ab Episcopo compelli per censuras vigore Concilij Tridentini, sess. 25. cap. 15. Ex part. 8. tract. 7. & Misc. Refol. 5.

§. 1. AFFirmatiuè respondent Riccius, Gentilis, & Barbofa, quos citauit in 3. part. 172. tract. 2. ref. 76. quibus nunc addo Laram de Annuntiatione lib. 1. cap. 24. num. 74. Zerolam in praxi part. 1. ver. processio, §. 1. ver. ad secundam, Maceratensem ex riar. resolut. lib. 1. resolut. fin. casu 35. Merollam tom. 3.